*Prima pars Consiliorum* **Pontificij Caesareique Iur. Consultissimi, Ex Innumeris quibus scatebat mendis, olim purgata, nunc vero Maiore Cura pristino candori poenitus restituta, necnon argumentis locupletissimis illustrata. Ac praeter locupletissimum Indicem elementario ordine confectum, accedunt multa, quae in cocteris voluminibus non reperies, non sine maxima studiosorum utilitate. Lugduni : Apud Dionysium de Harsy, 1553.** ***Folio (cm. 41,2), 200 cc.*** **Grande marca tipografica al frontipizio e al verso dell'ultima carta. Ritratto dell'Autore in xilografia sulla seconda carta e capilettera figurati**

# PRIMA
## PARS CONSIL.
## PETRI PAVLI
## PARISII

Pontificij Cæſareique Iur. Conſultiſsimi, ex innumeris quibus ſcatebat mendis olim purgata, nunc verò maiore cura priſtino candori penitus reſtituta, necnon argumentis locupletiſsimis illuſtrata.

Ac præter locupletiſsimum Indicem elementario ordine confectum, accedunt multa, quæ in cæteris voluminibus non reperies, non ſine maxima ſtudioſorum vtilitate.

LVGDVNI,

M. D. LIII.

# Excellentiſsimi. V. I. &

conſummatiſsimi

D. PETRI PAVLI PARISII

Conſentini, Reſponſorum, & ſuorum Conſiliorum, Bononiæ, ac Paduæ abſolutorum.

## PARS PRIMA.

### Summarium.

1 Tenor Inueſtiture & conceſſionis debet attendi.
2 Feudum proprium quale ſit.
3 Feudum dignitatis quale eſt.
4 Feudum antiquum quod ſit.
5 Feudum hereditarium quale eſt.
6 Feudum hereditarium non tranſit niſi ad illos ad quos tranſit hereditas.
7 Filius mala mente exheredatus non ſuccedit in feudo hereditario, & nume. 156. & ſeq.
8 Feudum hereditarium poteſt vni filiorū relinqui licet regulariter de feudo non poſſit teſtari.
9 Actore non probante ſequi debet abſolutio & nu. 33.
10 Vaſall⁹ poteſt feudo priuari multis ex cauſis & enumerantur ſeptē, & alijs ſex nu. ſequent.
17 Et quando propter delictum commiſſum in dominum priuatur feudo illud redit ad dominum.
18 Vaſallus non poteſt feudo priuari niſi prius probata & cōiuncta culpa & nu. 22. quod non poſſit fieri verbis narratiuis.
19 Antequam priuetur debet citari & ibi quod citatio eſt defenſio, & ideo tolli non poteſt etiam in ſententia declaratoria & nu. 20. 23. 24. 28.
21 Feudum eſt contractus reciprocus nec ſubiacet Imperatori.
23 Licet in aliquibus cauſis vaſallus ipſo iure priuetur tamē in illis requiritur declaratoria.
25 Dux mediolani in ſuo ducatu poteſt ea q̄ Imperator in toto orbe ita & Rex Siciliæ in regno.
26 Et habet fiſcum et ius confiſcandi.
27 Non requiritur citatio, q̄n certum eſt principem velle auferre ius alterius ex poteſt procedi extraiudicialiter.
28 Quando princeps procedit non tenetur ſeruare & ſequi iuris ordinē, et ibi aliqua de principe nu. ſeq.
31 Princeps de abſoluta poteſtate poteſt procedere etiam parte non citata et nume. 42.
32 Citatio in multis caſibus non requiritur.
33 Quando certum eſt alicui defenſionem non competere nō requiritur citatio.
34 Quod ſit notorium.
35 In ſententia declaratoria non requiritur citatio quādo profertur ſuper notorio quod non poteſt tergiuerſari & celari & nu. 38.
36 Ceſſat reſtitutio quando notorie conſtat de proprietate.
37 In quacunque materia in qua excluditur exceptio nunquam intelligitur excluſa illa que notoria eſt.
39 Princeps nedum verbo ſed ipſo facto poteſt declarare & procedere contra notorie rebelles & nu. 40. etiam ſi non ſit ſupremus.
41 Principi aſſerenti aliquid quando ſit credendum.
42 Princeps facere dicitur ex plenitudine poteſtatis quando ex certa ſcientia facit.
43 Actus dicitur fieri motu proprio ex actu geminato.
44 Decretū principis habet vim legis & illo pōt induci vt aliquo caſu procedatur ſine citatione.
45 Princeps facere dicitur ex plenitudine poteſtatis quando ex certa ſcientia facit.
Et condendo generalem legem poteſt priuare quē dominio ſuo etiā in feudalibus et nu. 47. 48. 49.
46 Et iſto caſu non tenetur ad aliquam pretiū ſolutionem.
47 Et verbis narratiuis iſto caſu creditur etiā in materia feudali et nume. 48. & 50.
50 Cronicis eſt credendum & probant.
51 Pictura quod aliquis ſit rebellis probat.
52 In crimine leſe maieſtatis etiam poſt mortem recipitur probatio.
53 Executio fit contra heredes quando vaſallus committit felloniam propter quam ipſo iure fuit priuatus.
54 Si infra terminum ſtatutum quis non comparet priuaē iure ſuo.
55 Quando decreto illud cautum eſt.
56 Ceſſat metus vbi quis poteſt per procuratorem comparere.
57 Tyranno non eſt obediendum & eius geſta nō valent, & nu. 60. & ſeq.
58 Lex barbarius non procedit in duobus caſibus.
59 Iuriſdictio non preſcribitur cum mala fide.
60 Caſus plures in quibus geſta per tyrannum valent. nu. ſeq.
61 Sforciade in ducatu Mediolanenſi quales fuerint, & ſeq.
62 Geſta per inhabilem valent aliquo caſu & nume ſeq.
64 Actus geſtus cum tyranno quando preſumatur factus metu.
69 Princeps poteſt remittere rebellionem.
70 Delictum reiteratum & geminatum non ita de facili remittitur.
71 Priuilegium obreptitium & ſubreptitium non valet.
72 Debet fieri mentio de detentatore & poſſeſſore.
Et de alijs qualitatibus aggrauantibus que ſi forent expreſſe redderent concedentem difficiliorem. nu. 71. 72.
73 Deceptus & errans in ſubſtantia facti dicitur errare in acceſſorijs et clauſulis poſitis ex equutiue.
74 Motus proprius non tollit defectum intentionis.
75 Nec operatur in preiudicium tertij.
76 Nec vltra mentem & ſcientiam concedentis.
77 Nec importat ſcientiam.
78 Nec tollit inhabilitatem nec inducit diſpenſationem.
79 Nec tollit qualitates & defectus extrinſecos vltra narratos.
80 Nec includit non veriſimilia.
81 Clauſula ex certa ſcientia non ſupplet ea que conſiſtunt in facto ſed operatur in his que ſunt iuris.
82 Nec operatur quando conſtat rem aliter ſe habere.
83 Nec quando eſt erratum ſuper ſubſtantia & eſt ſubreptitia.
84 Et ibi quod non capit interpretationem per quam alteri preiudicatur nec operatur in his que ſunt magni preiudicij.
85 Clauſula de plenitudine poteſtatis nō producit effectum in his que conſiſtunt in facto & que ignorantur.
86 Et non ſupplet niſi defectus iuris poſitiui.
87 Nec tollit ea que ſunt conceſſa per viam contractus.
88 Clauſula ſupplentes non ſupplet inhabilitatem et defectus ſubſtantiales nec inducit diſpenſationem ſed ea ſolum q̄ ſunt iuris poſitiui.
89 Nec habet etiam locum in his que ignorantur & in facto conſiſtunt.
90 Clauſula derogatoria non obſtantibus nō auget gratiā regulariter a mente occidentis nec operatur vltra narrata & nu. 95. & ſeq.
92 Et iſta clauſula dicitur ſubreptitia ſi ſubſtantia priuilegij eſt ſubreptitia nec ſe extendit ad ignorata.
93 Nec tollit ius tertij.
94 Nec comprehendit inualida & defectus non expreſſos. & nu. 95.
96 Clauſula q̄ obſtantia habeantur pro expreſſis quos defectus tollat et quos non.
97 Imperator non poteſt ſe intromittere in his que concernunt ducatū mediolanenſem & nu. 99. 100. 116.
98 Prima inueſtitura debet attendi & non ſecūda per quā derogaē prime regulariter illud procedit fallit tamen nu. 101. & ſeq.
99 Papa non debet ſe intromittere de his que cōcernunt regnū Apulie, & nu. 100. 97.